



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LXX. Markgraf Johann und Herzogin Anna von Breslau vereinigen die Alt- und Neustadt Salzwedel wegen etlicher Streitpunkte, am 13. Juli 1315.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

bitur expedire. Interposita est hec appellatio Anno Domini MCCCXV., feria quinta proxima ante Palmas, Profecutus appellationem premissam, ut debeo, per memet ipsum vel per sufficientem procuratorem constituendum ad omnium, quemadmodum edocentur, canonum instituta. Cui appellationi ex causis superius expressis et maxime, quod ea non sunt vera, que in appellatione continentur, non duxi salva cum debita reverentia sedis apostolice deferendum, et quod predictus Fredericus presbyter petebat cum instantia apostolos sibi dari, Has literas sigillo meo sigillatas pro apostolis refutatoriis sibi dedi. Actum et Datum in Saltwedele, Anno Domini MCCCXV., III. Non. Aprilis.

Nach Lenz Br. Urk. 923.

LXIX. Markgraf Johann verzeiget der Kirche zu Rokenthin zwei Hufen bei Deutsch-Chüden, am 12. Juli 1315.

Noverint universi, ad quos prefens scriptum peruenerit, quod Nos Johannes, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, propter diuini nominis cultum ampliandum liberos damus duos mansos sitos in villa Chüden, ad dotem ecclesie in Rokenthin pertinentes, ab omni contributione, precaria, nec non a qualibet seruitii exhibitione et ab onere qualicunque, dantes has literas nostras sigillatas nostro sigillo in testimonium hujus facti. Actum Soltwedel, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinto decimo, Vigilia beate Margarethe virginis.

Auscultata est prefens copia per me Johannem Wulff, Clericum Verdenfis Diocesis, publicum sacra imperiali auctoritate notarium, et concordat cum suo vero originali sigillato, quod attestor propria manu mea.

Gersten's Fragm. I, 59 ex orig. Lenz Br. Urk. 996. Beckmann's Beschf. a. a. D. Sp. 119.

LXX. Markgraf Johann und Herzogin Anna von Breslau vereinigen die Alt- und Neustadt Saltwedel wegen etlicher Streitpunkte, am 13. Juli 1315.

Nos Johannes, dei gratia Brandenburgensis et lusatice marchio, nec non Anna, eadem gratia ducissa Wratislaviensis, Recognoscimus per presentes, Quod dissensionem inter Ciuitates nostras Antiquam et nouam Saltwedel pro tempore habitam reformauimus in hunc modum, statuentes et volentes, Quod antiqua ciuitas tercia feria forum optineat, sicut ante, noua vero ciuitas dominica die ebdomadale forum habeat in vendendis singulis et emendis, et volumus vt neutra Ciuitas alteram in foro impediat, sed promoneat diligenter. Si vero aliquis burgenfis uel aduena die forensi forum Ciuitatis alterius impederit, ita quod duobus uel tribus testibus uinci possit, illum aduocatus impignorabit pro tribus marcis denariorum, de quibus nobis cedent due, ciuitati cui sit iniuria cedet vna: et utraque ciuitas suum habebit consilium speciale, sed vnus erit iudex, qui vna sexta feria in vna ciuitate et altera in ciuitate altera iudicabit. Ceterum profitemur,

quod burgenfibus noue ciuitatis a feſto paſche proximo venturo per quatuor annos immediate ſequentes plenam dedimus libertatem, Ita quod omni anno quadraginta marcas brandenb. argenti ad murum ponent proprie ciuitatis. Nos quoque iplis ſecundum ipſorum indigenciam et noſtram gratiam annis ſingulis ſubſidium faciemus. Domum etiam, in qua continentur macella, liberam eiſdem dedimus ex gracia ſpeciali. Cum iſto ſunt omnia inter ipſos amicabiliter expedita et in alijs ſine dolo ſeruabitur, ſicut ante vnionem ſeruabatur. Huius facti teſtes ſunt heinricus comes de Luchov, buſſo gruwelhut, Cerſtanus de ghere et alii fidedigni. Actum et datum ſub noſtris ſigillis in noſtra preſentia Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quintodecimo, In die beate margarete, in Saltwedel.

Nach dem Original im Stadtarchiv zu Saltwedel Fach 7. No. 22.

LXXI. Markgraf Johann verkauft dem Stephans-Altare in der Marienkirche zu Saltwedel das Eigenthum von einigen Hufen, am 13. Juli 1315.

In nomine Domini Amen. Lapsus temporis actiones abſorberet humanas, ſi non ſcripturarum teſtimonium perhennaret eaſdem. Hinc eſt, quod nos Johannes, Dei gratia Brandenburgſis et Luſacie Marchio, recognoſcimus publice in his ſcriptis, quod provido viro, Domino Johanni, dicto de Gorcek, preſbytero, ſeniori, vendidimus et in his ſcriptis vendimus debite pro XXI marcis argenti Brandenburgſis proprietatem unius chori ſiti in villa Buk, in villa Lathecothe unius chori et dimidii et in Lughe viginti modiorum ſiliginis, cum omni libertate, quos choros et proprietatem eorundem dictus ſacerdos appoſuit altari Beati Stephani, ſito in Eccleſia Beate Marie in Saltwedel, perpetuo ad ipſum altare cum omni libertate et ſine ſervitio et abſque precaria pheodali ſimpliciter permanendos. Per quam appoſitionem patronis dicti altaris in ſua preſentatione nolumus prejudicium aliquod generari. Et ne huic noſtro et dicti ſacerdotis facto ſalubri quisquam valeat derogare, noſtro ſigillo muniri iuſſimus preſens ſcriptum in ſeculorum ſecula valiturum. Teſtes, qui ad hoc vocati ſunt, Illuſtris Domina Anna, Duciffa Wratiſzlauienſis, noſtra genitrix kariffima, nobilis vir Dominus Henricus, Comes de Luchowe, Buſſo Gruwelhut, Johannes, plebanus de Gorlitz, cum alijs pluribus fide dignis. Actum et Datum Saltwedele, Anno Domini Milleſimo CCC. quinto decimo, die beate Margarete virginis.

Nach dem Original im Saltwed. Archive XXV, 6.

LXXII. Markgraf Johann geſtattet der Stadt Saltwedel den Ankauf von 60 Hufen und befreiet dieſe von Dienſt und Bede, am 25. Juli 1315.

Noverint univerſi, ad quorum notitiam pervenerit preſens ſcriptum, quod nos Johannes, Dei gratia Brandenburgſis et Luſacie Marchio, ad ſincerioris amicitie unitatem inter prudentes viros cives noſtre utriusque civitatis Soltwedel ſolicitandam, ipſos cives ejuſmodi noſtri